

- tem Piazza ejus Archipresbyterum, & per sententiam 4. Septemb. 1705. decretum fuit, *Canonicum Hebdomadarium, facientem officium, etiam non paratum, debere in omnibus procedere Archipresbytero, servata forma super modo sedendi in choro in omnibus; & per omnia, prout disponitur in Cereimoniali Episcop. lib. 2. cap. 6.*
22. De Canonico Hebdomadario parato queritur utrum in is sedere debeat in scanno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato, an in primo stallo ab ea parte chori, in qua hebdomada obtingit? Dubium inde nascitur, quod *Cereimoniali Episcop. lib. 2. c. 3. §. 4.*
23. non absolute jubet, ut Canonicus hebdomadarius paratus sedeat in primo stallo ab ea parte chori, in qua obtingit hebdomada, sed alternative, ut sedeat, vel in dicto scanno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato, vel in primo stallo ab ea chori parte, in qua hebdomada obtingit.
24. Distingui autem debent missæ à vespers. Porro si de missis agatur, chorusque sit retro altare, Canonicus hebdomadarius paratus non in primo stallo ab ea parte chori, in qua obtingit hebdomada, sed in scanno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato sedere debet, ne aliis toties accedere, & redire de loco ad locum teneretur. Et de his sane functionibus intelligi debet Cereimoniali Episcoporum, dum Canonico hebdomadario parato potestatem facit sedendi in scanno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato. Concordatque Rubrica Missalis Romani tit. 17. de *Ordin. sedend. in miss. solem. num. 6.*
26. At si res sit de vespers, pariterque sit chorus retro altare, Canonicus hebdomadarius paratus, qui semper in choro assidere debet, excepto modico illo spatio, in quo dum cantatur Psalmus *Magnificat*, incensatur altare, non in scanno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato; sed in primo stallo ab ea parte chori, in qua hebdomada obtingit, sedere debet, ut ita semper assistat, prout tenetur, in choro. Et de hisce aliis functionibus intelligendum est Cereimoniali Episcoporum, ubi ait, Canonico hebdomadario paratum sedere posse in primo stallo ab ea parte chori in qua obtingit hebdomada; Ita tradunt Baudry in *Manual. Sac. Cereimon. p. 2. c. 11. de Vesper. art. 1. num. 4. §. 11. Merat. p. 2. tit. 11. fol. mibi 364.* optime Card. de Luc. de *Miscellan. Eccles. discurs. 38. num. 8. & duob. seq. tum etiam optime Castald. in *Prax. Cereim. lib. 2. sect. 1. c. 3. num. 13. §. seq. &**

HEBRÆUS.

1. Hebræus confugiens ad ecclesiam gaudet privilegio Immunitatis Eccles. Sacr. Congreg. Immun. in *Sarzanen. 26. Sept. 1611. lib. 4. Pauloc. pag. 161.*
2. Hebræus, seu Judæus captus à Birruariis sub tecto, seu stillicidie ecclesie gaudet Immunitate; Ead. Sac. Cong. Imm. in *Pisaurien. 26. Mart. 1687. lib. 4. decr. Altov. pag. 550.*
3. Hebræus, seu Judæus dolose extractus ab atrio Inquisitionis Anconæ, est restituendus; Ead. Sac. Cong. Immun. in *Ancon. 17. Nov. 1669. lib. 2. decr. Vallem. pag. 256.*
4. Cognitione causæ commercii carnalis habiti cum duabus sororibus christianis, spectat ad curiam episcopalem; Eadem Sac. Congreg. Immun. in *Manuana 7. Julii 1678. lib. 2. decr. Alt. pag. 1749.*
5. Causa rixæ hebræorum secute in eorum synagoga die festo eorumdem hebræorum, attentæ præventionem spectat ad curiam secularem; Ead. Sac. Cong. in *Senogallien. 15. Januar. 1686. lib. decr. Altov. pag. 27.*
6. Hebræa mulier viro relicto christianam fidem amplexa fuit, permansitque innupta, sperans ejus virum catholicam religionem amplexurum; qui ducta alia muliere hebræa in uxorem, post multos annos una cum ipsa catholicam fidem amplexus fuit; ipsa autem repetente virum, Sac. Cong. Concil. in *Florentina Marimonii 10. Julii 1679.* respondit referendum Sanctissimo ejus

votum, scilicet debere virum redire ad primam; Sic apud Ursayam in *Miscellanea Sacra, & profano part. 1. verb. Hebræa.*

Manutendi sunt Parochi in possessione exigendi à Judæis Pretatum vulgo nuncupatum, pro decimis, oblationibus, aliisque incertis, quæ à christianis percipiuntur, antequam eorum domus ad ipsos Judæos quocumque titulo devenissent, textu expresso in *cap. Quamto, us. usur. Cap. De terris, De Decimis, & concordat. cap. Nimis prava, de excessib. Prelat. & late probat ex multis Pig-nat. tom. 5. caus. 70. per tot. ubi num. 14. dicit quoad quantitatem hujusmodi Pretati standum esse consuetudini, & transactionibus. Card. de Luca tamen de *Parochis disc. 29. num. 3.* dicit quod Hebræi non tenentur aliquid reficere Parochi pro domibus per ipsos inhabitatis, & prius per christianos (vid. verb. Decima.)*

Hebræi in Urbe obligantur ad observationem Festorum, quæ servat ecclesia; *Pauli IV. Constit. incip. Cum nimis absurdum §. 2.* apud Laert. Cherub. in *Bullario tom. 1. pag. 720.* aliis pag. 589. in noviss. impress. Hebræi omnes debent habitare in uno, eodemque loco, & si ille capax non fuerit, in duobus, vel tribus, aut quot satis sint, contiguis, ad quos unicus tantum ingressus pateat, & à quibus non detur exitus. *Pauli IV. in d. Const. 3. Plus V. Constit. 6. incip. Rom. Pontifex:* apud Laert. Cherub. in *Bullario tom. 2. pag. 181.* aliis 136. in noviss. impress.

Hebræi utriusque sexus qualitate habitus à christianis discerni debent, ita ut masculi birettum, femine vero aliud signum patens, quod nullo modo celari, aut abscondi possit, palam deferre teneantur, nec super non delatione biretti, aut alterius signi hujusmodi, ejusvis eorum gradus, vel præeminentiæ, vel tolerantia causa excusari, aut per Camerarium, vel Sedis Apost. Legatos absolvi possint. *Paulus IV. in constit. 3. & Plus IV. d. constit. 6.*

Hebræi ne de cetero auderent quovis prætextu, quæsito colore, etiam emptionis & venditionis bonorum ingredi domos meretricum, & si quid ab eis prætenderent habere, & ob id eas aliqui vellent, id in portis, & januis domorum earumdem mulierum aperitis facerent, & non intra easdem domos facere liceret, neve dictas mulieres ad eos pro similibus negotiis emptionis, & venditionis accedentes permitterent domos, & apothecas suas ingredi, sed tantum in illarum portis, & januis, & foribus aperitis, cum eis alloqui, & tractare possent sub pena privationis à Synagoga, & gravi pecuniaria præcepti *S. Pius V. mediante ejus Vicario sub die 20. Maji 1566.*

Hebræi medici, aut aliis infideles ne ad curandos christianos infirmos admittantur, imposita christianis pena subtractionis Sacramentorum, & sepulturae ecclesiasticæ, prohibuit *Gregor. XIII. Constit. 68. incip. Alias piæ memoriæ:* apud Laert. Cherub. in *Bullario tom. 2. p. 449. & de illa meminit Scortia in select. Summar. Pontific. Constit. epist. 136.*

Hebræis qualibet hebdomada verbum Dei est prædicandum, & id curent Prelati in terris, ubi sunt eorum synagoga (non tamen in loco sacro, vel ubi sacra confici solent) per aliquem Magistrum in theologia, aut alium idoneum virum hebræicæ, si fieri potest, linguæ peritum, qui scripturas veteris Testamenti exponat *Gregor. XIII. Constit. 92. incip. Sancta Mater: de anno 1584.* apud Laert. Cherub. in *Bull. 1. 2. pag. 479.* aliis pag. 260. in noviss. impress. & illius meminit Scortia in *Select. Summar. Pont. Constit. epist. 136.* Et novissime Clemens XI. constit. incip. *Propagandæ §. 20.* Vide infra sub num. 21. ubi affertur per extensum.

Hebræi sola arte Stracciariæ, seu cenciariæ contenti esse debent ad tollendam, quantum fieri potest, occasionem familiaritatis inter illos, & christianos. *Paulus IV. in d. Const. 3. §. 1.*

Hebræorum per plateas non est deferenda Sanctissima Eucharistia. Sac. Congr. Rit. in *Anconit. 22. Feb. 1593.* Hebræorum accessus ad monasteria Monialium nullo modo permitti debet ad alloquendum cum illis; Sac. Congr. Episc. & Regul. in *Ravennat. 28. Apr. 1594.* teste Sell. in *Select. Canon. c. 28. num. 18.*

In-

17. Inquisitores libere contra Hebræos procedere possunt insequentibus casibus. Si negaverint, quæ circa fidem communia sunt cum christianis. Si diciones invocaverint, aut eis immolaverint. Si quem christianum hæc docuerint, vel ad ea perduxerint. Si hereticas blasphemias dixerint. Si christianam à fide deviarerint. Si infideles ad fidem Christi transire impederint. Si hereticum scienter receperint. Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Judaicos quomodolibet damnatos tenerint. Si Hostiam salutarem, aut Crucem & similia, vel christianos deriserint. Si nutrices christianas retinuerint, vel easdem ab hac die, qua Eucharistia sacramentum sumpserint, lac in launas effundere coegerint. *Gregor. XIII. Const. 60. incip. Antiqua Judæorum, de anno 1583.* apud Laert. Cherub. in *Bullario tom. 2. pag. 42.* & de illius materia Scortia in *sel. Summar. Pont. Const. epist. 132.* Vid. *Constit. 20. Clem. VIII. incip. Cum Hebræorum malitia, de anno 1593.* apud Laert. Cher. 1. 3. p. 25.
19. Non potest prohiberi Regularibus, ne prædicent, vel ne confessiones audiant sub prætextu, quod originem duxerint ab Hebræis. Sac. Cong. Episc. & Regul. in *Floren. 16. Novemb. 1621.*
20. Edictum, quo plura Judæis interdicerentur ad tollendas corruptelas, & abusus ex illorum cum christianis consuetudine provenientes.

Gasparo per la *Misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Cardinale di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, &c.*

LA Santità di Nostro Signore volendo con suo Paternale zelo provvedere agli inconvenienti, che procedono dalla comunicazione de' Christiani con gli Ebrei nelle cose proibite da' Sommi Pontefici, particolarmente dalla san. mem. di Paolo IV. nella sua Costituzione, la quale comincia *Cum nimis absurdum*, è dalla dichiarazione fatta dal B. Pio V. è pubblicata dal Cardinale Savelli suo Vicario sotto il 11. Gennajo 1572. ordinata, è comanda à tutti gli Ebrei, li quali dimorano in Roma, di non farsi servire da' Christiani, particolarmente da Fanciulli o Fanciulle nelle sere del Venerdì, è giorni di Sabato per accendere il fuoco, nè lumi, per la provvisione de' comestibili, nè li suddetti Christiani possano andare à servirli.

In oltre ordina, che li suddetti Ebrei non vadino à lavorare nelle Domeniche, ed in altri giorni di Precetto in Case di Christiani: moito meno in Case de' Sacerdoti, è Conventi Regulari, nè questi debbano in conto alcuno ammetterli.

Finalmente inerendo all' Editto pubblicato nel tempo della S. M. di Clemente VIII. sotto il 6. Ottobre 1604. si proibisce alli medesimi Ebrei di vendere, è vendere il loro pane azimo, detto volgarmente l'azimelle, alli Christiani di qualsivoglia stato, grado è condizione, nè questi le debbano ricevere sotto pena in caso di trasgressione di ciescheduna delle cose suddette alli Christiani di scudi cinquanta, alla quale rispetto alli Fanciulli, è Fanciulle sian tenuti li loro Padri, è quelli che hanno cura di loro; Agli Ebrei patimenti sotto pena di scudi cinquanta, è di tre tratti di corda, ved altre pene ad arbitrio della Santità sua.

Volendo che il presente Editto pubblicato, ed affisso ne' luoghi soliti di Roma obbliati tutti, è ciescheduno, como se gli fosse stato personalmente intimato. — Dato in Roma dalla nostra Residenza questo dì 2. April. 1708. — G. Card. Vicario. — *Nico. Antonio Canonico Guggio Segretario.*

Edictum quo mulieres Judææ nocturno tempore è sepius Judaicæ nationis in Alma Urbe constitutis exire prohibentur.

Gasparo per la *Misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Cardinale di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, &c.*

Essendo pervenuto à notizia della Santità di Nostro Signore li grandi inconvenienti, che nascono, è possono nascere dalla gran quantità delle Donne Ebræe,

che escono di notte dal Ghetto, è si tratengono nell'Osterie, è che vanno à passeggiare per Piazza Navona, ved altri luoghi, dove vi si fanno fuochi, è Feste da' Christiani, contro gli Editti altre volte emanati, è volendo rimediare à tanto disordine, per ordine ancora datoci à bocca da Nostro Signore, rinnovando primieramente tutte le proibitione emanate dal nostro Tribunale contro gli Ebrei circa l'uscir di notte dal Ghetto, ordiniamo, è comandiamo à tutte, è singole Donne Ebræe di qualsivoglia età, che non ardiscano per qualsivoglia causa uscire dal Ghetto, nè trattarsi fuori de' quello dopo l'ora solita, che si permette di tenere aperto lo sportelletto del Portone di esso Ghetto sotto la pena di scudi dieci, è della frusta da eseguirsi irremissibilmente contro quelle Donne, che si troveranno fuori del Ghetto dopo di detta ora, non ostante che avessero qualsivoglia licenza, benchè speciale, è specialissima, è benchè fossero in compagnia de' loro Mariti, Padri, è Fratelli, è altri parenti più prossimi; è similmente ordiniamo al Portinaro Christiano del Ghetto, che non ardisca permettere, che ni una di dette Donne esca dal Ghetto vicino alla dett' ora, il quale in ogni caso di trasgressione incorrerà incontenente nella medesima pena di scudi dieci per ciascuna Donna, che esso farà uscire, ed inoltre la privazione dell' Officio, volendo che il presente affisso che farà nell' luoghi soliti del Ghetto, è Portonij si intenda come fosse personalmente intimato à ciescheduno. — Dato dal nostro Palazzo questo dì 5. Agosto 1712. — G. Card. Vicario. — *N. A. Can. Cuggio Segr.*

Judæis, aliisque infidelibus conversis conceditur contentio bonorum, filisque familias legitima, immo bona illicite quaesita, nisi notæ sint persone, quibus restitui debent, ipsis conversis applicantur, & privilegia civitatis conceduntur: Clem. XI. constit. incip. *Propaganda per universum*: quæ ut ab omnibus præ oculis habeatur, hic datur ad literam.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Propagandæ per universum terrarum orbem christianæ fidei, cujus illibatam, ac perenne depositum Romana in primis servat Ecclesia, pro commissi Nobis apostolici muneris debito jugiter intendentes, dum in remotissimas quasque partes Evangelii præcones ablegare satagimus, in eam simul curam diligenter incumbimus, ut quicumque disjectis Infidelitatis tenebris ad verum Justitiæ solem, qui Christus est, agnoscerent, eo adjuvante festinant, nullis, quoad fieri potest, humanarum rerum obstaculis impediatur, sique ad catholicæ ecclesie gremium ex omni natione, quæ sub celo est, eo frequentior, quo facilius, expeditur accessus.

1. Quamvis enim non temporalium rerum commodo, sed æternæ potius hæreditatis intuitu ad suscipiendam Christi fidem Infideles allici oporteat, quin etiam edoceri præcipuum christianis hominis gloriam in eo maxime sitam esse, ut terrena despiciat, existimetque omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini Nostri: nihilominus rationi congruum, & piæ Matris Ecclesie institutis consentaneum arbitramur, ita paternam nostram erga eos, qui adiacunt in fide parvuli lacte potius, quam cibo solido nutriendi sunt, providentiam temperare, ut infirmioribus quique à christiane religionis proposito amittendum facultatum, incurrendæque potius miseriæ & egestatis horrore non retrahantur: cum potius iuxta canonicas sanctiones, eos qui ad fidem veniunt, melioris conditionis esse oporteat post Baptismum, quam antequam fidem susceperint, haberentur, & in illis etiam impleri debeat Christi certa promissio: Querite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

2. Quam quidem ob causam cum plures Romani

»Pon-

» Pontifices Prædecessores nostri pro tradita sibi divinitus in iis, quæ ad ejusdem sanctæ fidei favorem, & propagationem pertinent, apostolica potestate, multa in neophytorum commodum privilegia concesserunt, aliis quoque additis ordinationibus, quibus & indemnitati ipsorum, & christianæ religionis dignitati, & facilio simul infidelium conversioni consultum foret; Præcipue vero fel. rec. Paulus PP. III. apostolicam constitutionem edidit in hæc verba.

» §. 3. Paulus Papa Tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes Judæos, & alios Infideles quoslibet ad fidem catholicam converti, & prætextu bonorum per eos ante possessorum ab eadem fide non distrahi, motu proprio & ex certa scientia nostra, auctoritate apostolica, tenore præsentium, hæc impostero valitura constitutione sancimus, quod cuicumque eorumdem Judæorum, & Infidelium, ad dictam fidem converti volenti, &iamsi in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcumque, tam mobilia, quam immobilia intacta, & illiæsa permaneant. Ita ut etiam filii familias, & in patria potestate, ut præfertur, constituti legitima, & quacumque portione bonorum patrimonialium, aut maternorum vis de jure, seu successione bonorum eis aliis debito- rum, per eorum parentes fraudari, aut privari non possint, neque debeant; sed eis integra, etiamsi contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conversi fuerint, etiam eorum parentibus viventibus, debeantur.

» §. 4. Et si bona ipsa ex usura, aut illicito quæstu fuerint acquisita, & nota sint persone, quibus eorum fuerit de jure faciendi restitutio (quia non dimititur peccatum, nisi restituatur ablatum) illa eisdem personis restituantur; personis vero non extantibus prædictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in usus ipsos convertenda, bona hujusmodi eisdem Judæis, & aliis Infidelibus, in favorem suscepti Baptismatis, tamquam in pium usum libere concedimus, eaque apud ipsos sic conversos Judæos, & alios Infideles remanere decernimus. Interdicentes sub divini anathematis pena quibusvis tam ecclesiasticis, quam secularibus personis, ne ullam super bonis hujusmodi quovis quæsito colore molestiam inferant, aut inferri patiantur: sed magnam se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint.

» §. 5. Et quoniam, ut scriptum est, qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipsos? Si ipsi conversionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tam ecclesiasticos, quam seculares per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, ut ipsis conversis manus porrigant adjutrices: ipsi quoque Dicesani non solum christianos ad subveniendum ipsis exhortentur, sed etiam tam de redditibus Ecclesiarum prout poterunt, quam de his, quæ ad pauperum usum per ipsos convertendos devolvuntur, hujusmodi neophytos sustentare non negligant, ipsosque à detractionibus, & contumeliis paterna affectione defendant.

» §. 6. Et quoniam per gratiam Baptismi civis Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius existit regnare spiritu, quam nasci carne, eadem constitutione statuimus, ut civitatum, & locorum, in quibus Sancto Baptismo pro tempore regenerabuntur, vere civis sint, & privilegiis, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alii ratione nativitatis, & originis dumtaxat consequuntur, gaudeant.

» §. 7. Curent insuper Sacerdotes baptizantes, & alii de sacro fonte eos suscipientes tam ante Baptismum, quam post, illos in articulis fidei, ac legis novæ præceptis, catholice ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi, quam Dicesani operam dent, ne cum aliis Judæis, seu Infidelibus, saltem per longum tempus conversentur, ne, sicut quandoque contigit, ab infirmitate curatis modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat.

» §. 8. Et quoniam experientia teste compertum est, mutuum ipsorum neophytorum inter se conversationem ipsos infide nostra fragiliores reddere, ac salutem ipsorum

» plurimum officere, hortamur locorum Ordinarios, ut quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent, & student neophytos ipsos cum originariis christianis matrimonio copulare.

» §. 9. Et prohibeant eisdem sub gravibus penis, ne mortuos more Judæorum sepeliant, aut sabbata, aliasque solemnitates, & antiquæ sectæ ritus quocumquomodo observent, sed & ecclesias, & prædicationes, prout alii catholici frequentent, & in omnibus christianorum moribus se conformes reddant.

» §. 10. Contemptores autem prædictorum per sacerdotes, in quorum parochiis degunt, aut alios, ad quos de jure, vel antiqua consuetudine de talibus inquirendis spectat, aut etiam per alios quocumque, Dicesanis, seu Inquisitoribus hereticæ pravitatis deferant, & invocato si opus fuerit auxilio brachii secularis, per eos taliter puniantur, quod aliis transeat in exemplum. Et insuper in aliis transferendo, vel aliis de illis inter vivos, vel etiam in ultima voluntate disponendo, filios, aliosque consanguineos ad Christi fidem conversos eorumdem bonorum successione, ad quam ab intestato legitime admittendi fuissent, aut etiam spe successione ejusdem fraudare tentaverint; Idcirco Nos record. mem. Gregorii XIII. Prædecessoris nostri, qui per suas quædam sub annulo Piscatoris die 13. Septembris 1581. Pontificatus sui anno decimo datas, literas hujusmodi malo, utpote in christianæ fidei detrimentum cedenti, occurrenti merito censuit, vestigiis inhærentes, Judæos quoslibet, sicut & alios infideles, bona sua, & jura quæcumque, in præjudicium filiorum, aut aliorum consanguineorum, qui aliis ipsis ab intestato decedentibus successuri essent, & christianam susceperint religionem, quocumque modo alienare, seu occultare, vel diminuire inter vivos, aut in qualibet ultima voluntate non posse; sed potius eadem bona, & jura quæcumque tradita statim post Baptismum legitima quibuscumque aliis post obitum competeret eorumdem integre conservare teneri, & obligatos esse, tamque ipsos, quam alios bonorum eorumdem detentores, vel occupatores ad illa, seu eorum rationes, quoties opus fuerit, exhibenda, & de eisdem inventarium legitime faciendum, & de utendo, & fruendo arbitrio boni viri cavendum, & opportunitatis Juris, & facti remediis compelli posse; atque in eorum bonis, & juribus, si in infidelitate decesserint, ipsorum filios, seu alios quocumque consanguineos, ut præfertur, christianos eodem prorsus modo, & jure, nulla etiam obstante ingratitudinis, aut alia quantumvis legitima exheredationis causa, quam ob suscepti postea Baptismi venerationem, sublata prorsus esse volumus, succedere debere, ac si iidem Judæi, seu alii Infideles, nullum fecissent, aut ordinasset testamentum, vel aliam ultimam voluntatem, omnemque, & singulas bonorum, & jurium sive inter vivos, sive in ultima voluntate, alienationes, distractiones, aut alias dispositiones prædictas in hujus nostræ constitutionis fraudem, & in odium christianæ fidei factas, seu potius attentatas censerit, ac nullius in preterea roboris, & momenti esse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus tenore præsentium, sancimus, decernimus, & ordinamus.

» §. 11. Si quis autem cujuscumque gradus, vel præminentie fuerit, hujusmodi neophytos, ne observationem ritus christiani, & aliorum præmissorum complectantur, foverit, aut defenderit, penas contra fautores hereticorum promulgatas, ipso facto incurrat, neophyti vero si se corrigere post monitionem canonicam neglexerint, & ad vomitum judaizantes redire comperiti sint, contra eos tamquam perfidos hæreticos, per Ordinarios locorum secundum sacrorum canonum instituta procedant.

» §. 12. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusvis privilegiis, indulgentiis, & literis etiam apostolicis, seu etiam regis, vel Imperialibus eisdem Judæis, vel Infidelibus quomodolibet concessis, quæ quatenus in detrimentum catholice fidei, aut nominis christiani, seu aliquorum ex præmissis quomodolibet vergant, & ad effectum præsentium, cassamus, & irritamus, & cassa & irrita esse decernimus, nullis decretis, & constitutionibus apostolicis, quæ euper præmissis sunt condita, in suo robore duraturas.

» §. 13. Et ut hujusmodi sanctæ constitutionis jugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsis Ignorantiam prætereunda possit, illam per singulas cathedrales, & collegiatis ecclesiis, aliisque pia loca, in quibus uberioris fidelium concursus, semel in anno ad minus infra Divina publicari volumus, & decernimus.

» §. 14. Et quia difficile foret præsentem ad singula quæque loca deferre, volumus, & etiam declaramus, quod earundem præsentium transumptis, seu copiis, etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, ubicumque forent exhibitæ, vel ostense.

» §. 15. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 21. Martii millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octavo.

» §. 16. Nos igitur, ne tam salubris constitutionis memoria temporis diuturnitate deficiat, observantia neglectu cujuspiam obsolescat, aut etiam fidelium hostium dolo notitia converti volentibus supprimatur, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostorum S. R. E. Cardinalium, & Dilectorum Filiorum Romanæ Curie Prælatorum, quibus hujusmodi negotium commissimus expediendum, consilio, atque etiam motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolice potestatis plenitudine eandem præsertim constitutionem, omniaque, & singula in ea contenta tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innovamus, eaque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari perpetuis futuris temporibus debere statuimus, & mandamus.

» §. 17. Simulque, ad omnis dubitationis umbram penitus removendam, eadem à memorato Prædecessore statuta clarius explicantes, & quatenus opus sit, etiam amplius extendentes, bona quædam adventitia, quocum-

» que modo talia censeantur, ad filios familias christianam religionem profectus, utpote à Patriæ potestatis jugo, quo parentibus infidelibus subdebantur, sacri Baptismatis beneficio prorsus exemptos, pleno jure spectare, neque super illis usumfructum, aut aliud quodcumque jus præfatis parentibus, quamdiu in infidelitate permanserint, ullo modo competere, è contra vero parentes ipsos, & alios quocumque, qui conversis, eorumque descendentes aliis alimenta, seu dotem præstare quocumque titulo, etiam in subsidium teneantur, ad eadem alimenta, seu dotem illis ministranda prout teneri, & obligatos esse post conversionem eorum, similiter tenore præsentium declaramus, atque etiam ex integro statuimus, decernimus, & mandamus.

» §. 18. Et quoniam Infidelium, ac præ ceteris Judæorum malitia eousque in odium christiani nominis processisse pluries compertum est, ut bona sua occultando, seu in alios transferendo, vel aliis de illis inter vivos, vel etiam in ultima voluntate disponendo, filios, aliosque consanguineos ad Christi fidem conversos eorumdem bonorum successione, ad quam ab intestato legitime admittendi fuissent, aut etiam spe successione ejusdem fraudare tentaverint; Idcirco Nos record. mem. Gregorii XIII. Prædecessoris nostri, qui per suas quædam sub annulo Piscatoris die 13. Septembris 1581. Pontificatus sui anno decimo datas, literas hujusmodi malo, utpote in christianæ fidei detrimentum cedenti, occurrenti merito censuit, vestigiis inhærentes, Judæos quoslibet, sicut & alios infideles, bona sua, & jura quæcumque, in præjudicium filiorum, aut aliorum consanguineorum, qui aliis ipsis ab intestato decedentibus successuri essent, & christianam susceperint religionem, quocumque modo alienare, seu occultare, vel diminuire inter vivos, aut in qualibet ultima voluntate non posse; sed potius eadem bona, & jura quæcumque tradita statim post Baptismum legitima quibuscumque aliis post obitum competeret eorumdem integre conservare teneri, & obligatos esse, tamque ipsos, quam alios bonorum eorumdem detentores, vel occupatores ad illa, seu eorum rationes, quoties opus fuerit, exhibenda, & de eisdem inventarium legitime faciendum, & de utendo, & fruendo arbitrio boni viri cavendum, & opportunitatis Juris, & facti remediis compelli posse; atque in eorum bonis, & juribus, si in infidelitate decesserint, ipsorum filios, seu alios quocumque consanguineos, ut præfertur, christianos eodem prorsus modo, & jure, nulla etiam obstante ingratitudinis, aut alia quantumvis legitima exheredationis causa, quam ob suscepti postea Baptismi venerationem, sublata prorsus esse volumus, succedere debere, ac si iidem Judæi, seu alii Infideles, nullum fecissent, aut ordinasset testamentum, vel aliam ultimam voluntatem, omnemque, & singulas bonorum, & jurium sive inter vivos, sive in ultima voluntate, alienationes, distractiones, aut alias dispositiones prædictas in hujus nostræ constitutionis fraudem, & in odium christianæ fidei factas, seu potius attentatas censerit, ac nullius in preterea roboris, & momenti esse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus tenore præsentium, sancimus, decernimus, & ordinamus.

» §. 19. Ceterum, ne dum provida sollicitudine temporalia conversis ad fidem comoda comparamus, spiritalium animarum lucrum negligere videamur in convertendis; quemadmodum Infideles ceteros, qui longe sunt, sacris missionibus institutis, evangelica prædicatione instruere non cessamus; ita de Judæis etiam, qui magno numero inter christianos vivunt, & nostris quomodammodo oculis observantur, æterna salute procuranda præcipue cogitamus. Tristitia enim nobis magna est (fidenter cum Apostolo dicimus) & continuus dolor cordi nostro, dum paterni amoris visceribus miseremur israeliticam gentem, olim Deo amabilem populum, quem elegit Dominus in hæreditate sibi, & custodivit quasi pupillam oculi sui; nunc autem (postquam Judæica in summum sceleris eruptum perfidia, vere iratus est furor Dominus in populum suum, & usque in finem abominatus est hereditatem suam) velut gregem

» sine Pastore dispersum per invia quæque, & inaquosa miserèdivagantem, ac verbi Dei quod illi unicum superest, salutari pabulo destitutum soloscilicet literæ, quæ occidit, à Judæis cortice degustato, spiritu vero, qui vivificat, & animalibus hominibus non percepto.

» §. 20. Propterea ad eosdem Judæos in sanctæ fidei veritate salubriter erudiendos, & trahendos ad Christum, ea omnia, & singula, quæ de sacris lectionibus, seu sermonibus per singulas hebdomadas ad ipsos, ubicumque eorum Synagoga fuerint, habendis memoratus Gregorius Prædecessor noster in aliis suis anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octogesimo quarto, Kal. Sept. Pontificatus sui anno tertiodecimo editis Apostolicis literis, quarum tenorem pro expresso in præsentibus haberi volumus, sapienter constituta sunt, ab omnibus, ad quos pertinent, inviolate servari, & sicuti in desuetudinem abiierunt, in usum revocari præcipimus, & mandamus: Concionatores omnes, qui ad id manus electi fuerint, specialiter admonentes, iisque etiam in nomine Domini districtius injungentes, ut memoratos Judæos non injuriis, contumeliis, aut nimia verborum asperitate, quibus in Judaica magis perfidia obfirmarentur, sed charitate potius, mansuetudine, quam mitis nos, & humilis corde Christus edocuit, velut oves errantes ad Sanctæ Ecclesiæ caulas suaviter allicere, & patefacta, ex veterum potissimum quas venerantur, scripturarum oraculis christianæ veritatis luce, velamen ab oculis eorum detrahere omni studio satagant, & ex Judaica pravitate tenebris, quibus obscurati sunt oculi eorum, ne videant, Dei Omnipotentis operante virtute liberentur.

» §. 21. Postremo Judæos omnes, ceterosque Infideles quocumque, qui ad Baptismi gratiam, Deo donante, pervenerint, omnibus ecclesiæ Prælati, ac secularibus etiam Principibus per misericordiam Dei nostri viscera, commendamus, ut eos patrocinio foveant, auctoritate adjuvent, potentia tueantur, neque ab aliis, præsertim vero à Judæis, aut quibusvis Infidelibus ulla in re indebite vexari patiantur; Universosque ubique Terrarum Christianifideles in Unigeniti Filii Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, cujus vice fungimur, nomine hortamur, & obsecramus, ne venientes ex Infidelitate, præsertim pauperes despiciant, aut aversentur; potius novella hujusmodi Ecclesiæ germina officiis, ac beneficiis, prout quisque poterit, excolere, & irrigare non desit, atque ut veros in Christo fratres, ac domesticos fidei effectos benigne excipiant, in necessitatibus sublevant, & omni demum christianæ charitatis genere prosequantur, ut de suscepto sanctæ fidei proposito gaudium ipsorum sit plenum, & exultatio, iis vero, qui foris sunt, & adhuc infidelitatis caligine detinentur, ad ejusdem Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium proferandi excitentur.

» §. 22. Decernentes easdem presentes literas etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, eisdem non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima & in corpore Juris clausa, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vicio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, vel in controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & ab iis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari. Sicut per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici Auditores S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter judicandi, & definiri debere, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, quicquid super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

» §. 23. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo

do, ac ceteris nostris, & Cancellariæ regulis, aliis- que constitutionibus, & ordinationibus apostolicis: etiam conciliaribus, nec non aliis quibuslibet, etiam iuramento, confirmatione apostolica, aut alia quavis firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & li- teris etiam apostolicis, seu etiam regis, & imperia- libus eisdem Judæis, vel Infidelibus quibuslibet, sin- gulis, aut eorum Universitatibus quomodolibet, & ex quibusvis causis, etiam publicis, gravissimis, & ur- gentissimis, atque etiam titulo oneroso, & vim con- tractus hinc inde obligatorii inducente concessis, quæ quotenus in detrimentum catholice fidei, quam hu- manis quibuscumque debet præferre christianam, quo- modolibet vergant, & ad effectum, dumtaxat præ- sentium cassamus, & irritamus, ac cassa, & irrita esse decernimus, aliisque omnibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis quomodolibet in con- trarium præmissorum editis, confirmatis, & innova- tis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenori- bus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales eisdem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut alia expressa forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, for- mas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione indigna presentibus pro plene, & sufficienter expressis, inseritis, & servatis respective habentes, illis aliis in- suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 24. Ut autem eadem præsentis literæ omnibus innotescant, quibuscumque locorum Ordinariis, in quorundam diocesis aliqua Judæorum synagoga, aut notabilis aliorum Infidelium numerus reperitur, in- jungimus, & mandamus, ut ea omnia, quæ à No- bis, ut præfatur, constituta, & ordinata sunt, ad neorundem Judæorum, aliorumve infidelium notitiam quotannis semel, seu pluries, & eo modo, qui is- dem Ordinariis opportunior visus fuerit, sermone ve- ritate deduci faciant, & in memoria revocari, atque ut nemo prorsus earumdem Literarum ignoran- tiam allegare valeat, volumus, ut illa, seu earum exemplum ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basi- licæ Principis Apostolorum, ac præfate Cancellariæ Apostolicæ, Curie Generalis Innocentianæ, necnon in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris prout moris est, publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos perinde afficiant, ac si illis personaliter in- timatæ fuissent.

§ 25. Quodque illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus per- sonæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ean- dem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibean- tur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent ex- hibite, vel ostense.

§ 26. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ confirmationis, approbationis, innovatio- nis, declarationis, extensionis, statutorum, decreto- rum, mandatorum, sanctionis, ordinationis, præcep- torum, admonitionis, commendationis, irritationis, cassationis, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius esse noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarna- tionis Dominicæ millesimo septingentesimo quarto, quinto Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno quarto. — J. Car- dinalis Prædicatorius. — Fab. Oliverius. — Visa de Cu- ria. — C. A. Fabronius. — Philippus Porta. — Loco Plumbi. — Registrata in Secretaria Brevium.

22 Canonicatus, Præbendæ, ac Dignitates in cathedra- libus ecclesiis, principalesque dignitates in collegiatis, existentes in Regnis Portugallie, & Algarbiorum non

conferantur aliquibus personis de genere, seu stirpe hebræorum descendentibus usque ad septimum gradum inclusive; *Clemens VIII. in literis ad formam Brevis, quas confirmavit, & innovavit Paulus V. 1612. 17. Januarii, apud Barbosa. de Canon. & Dignitat. c. 13. n. 48.*
 Statuta puritatem sanguinis requirementa in obinen- tibus Canonice sunt exorbitantia, & penalia, ac proinde strictissime interpretanda, quia illis, qui à Ju- dæis originem trahunt, auferuntur habilitatem, quæ aliis eis competit de jure communi, in cap. Eam te 7. de rescriptis, Rota 13. Jan. 1624. in Ulisiponen. Quartena- ria coram Coccino Decano apud Barbosa. l. c. cap. 13. n. 30.
 Est invalidum statutum à Capitulo conditum, quod descendentes ex genere infecto, nempe Judæorum, Man- rorum, vel Hæreticorum, non admittantur ad benefi- cia ecclesiastica, cum hujusmodi statutum sit contra Jus commune, cap. Eam 1. de rescriptis. Rota 28. Junii 1628. in Cordubensi dimidia portione coram Merlino apud. Barbosa. l. c. cap. ultim. num. 18.

Originem trahentes ab Hebræis, vel Hæreticis ne- queunt recipi in Fratres Ordinis Minorum de Obser- vantia; Nec Fratres hujusmodi possunt eligi in Minis- tros Provinciales, & Guardianos; *Clemens VII. 19. Mar- tii 1525. constit. incip. Officii nostri: Et quavis Julii- nus III. apud Roderic. in collect. privileg. regul. 1. Bulla 1. hujus Pontificis, quæ incipit Ad hoc, revoca- verit, & annullaverit dictam constitutionem Clemen- tis VII. hanc tamen Julii III. revocationem nullam fecit, & dicti Clementis VII. ordinationem validam de- claravit Paulus IV. anno 1559. 24. April. apud eum- dem ibid. Bulla 2. quæ incipit: Cum ex Apostolatus officio; & dictam Paulinam declarationem confirmavit Pius IV. anno 1564. 5. Dec. ib. Bulla 3. quæ incip. Pro- visionis nostre:.*

Principes Christiani licite tolerant in suis territoriis Hebræos, ritusque, & synagogas eorum; *Barbos. in cap. Sicuti Judæis 9. de Judæis, Card. Petra tom. 2. Comm. ad Constit. 1. Honorii III. num. 8. & cum pluri- bus ibi citatis; Pignatell. tom. 5. consul. 14. à num. 70. Bagel lib. 6. Decr. tit. 6. num. 2. & communis aliorum; arg. cap. Sicuti Judæi 9. Et si Judæos 13. de Ju- dæis, ibi: Etsi Judæos, quos propria culpa submittit perpetuæ servituti, pietas christiana receperit, & susti- neat cohabitationem illorum; juncta l. Nullus 14. Cod. de Judæis, & Novell. 146. cap. 1.*

Judæi antiquas suas synagogas restaurare, possunt, non autem novas erigere; *cap. Judæi 3. & cap. Con- sultuit 7. de Judæis, ibi: Judæos de novo construere syn- agogas, ubi non habuerint, pati non debet; Verum si antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, ut eas reedi- ficent, potest aquanimitè tolerari, non autem ut eas exal- tent, aut ampliores, aut pretiosiores faciant, quam antea fecisse noscuntur.*

Judæi, qui in christianorum territoriis semel recep- ti, & de protectione securitatis sunt, sine justa, & legitima causa expelli non possunt; *Decian. in pract. crim. l. 5. c. 11. Socinus consil. 86. lib. 4. Vazquez illustr. Contr. cap. 8. num. 12. Barbos. in cap. Sicuti Judæi 9. de Judæis num. 4. & alii passim arg. leg. Nullus 15. Cod. de Judæis, cullibet enim etiam Judæo, & gentili fides juste data servanda est; arg. leg. Sicut 6. Cod. de oblig. & action.*

Notanter autem dicitur sine justa, & legitima cau- sa, quia ob justam, & legitimam causam Judæi semel recepti, iterum expelli possunt; *arg. leg. Judæis 16. Cod. de Judæis; & sic tenent Doctores citati n. antecedenti, & Farinac. fragm. Crim. part. 2. lit. 1. num. 64. Tuschus lit. 1. verb. Jud. concl. 371. num. 58. tract. de jure per- sonar. extra gremium Eccles. existent. lib. 2. cap. 51. Pignatell. tom. 5. consul. 14. num. 109. citans plures alios. Justæ autem, & legitime causæ eos expellendi recensentur à Ricululo l. c. num. 9. Barbos. l. c. à Pignatell. l. c. à num. 110. quas ut ab ipso recensentur, hic ad literam damus.*

Prima igitur eos expellendi causa est si versaren- tur in regno noviter ad fidem converso. Nam quo fa- cilius ibi christiana religio propagaretur, posset indici Ju-

Judæorum ceterorum, ac Infidelium expulsio, ut Constan- tinianum fecisse in Ecclesiæ primordiis, testatur Hos- tiens. in cap. Consuluit, de Jud. Oldrad. caus. 86. n. 2. pro quibus facit textus in Can. sæpe malorum 2. q. 1.

31 Etsi in christianam religionem evadant con- tumeliosi; *arg. dist. cap. Quia super, & cap. Etsi Jud. de Judæis, Ob hanc causam exulatur ab Anglia, prop- terea quod Uvorvici puerum christianum in die Parasce- ves in nostræ religionis contemptum cruci affixerunt. Idemque fecerunt Judæi Nordovici degentes, ut refert D. Antonin. part. 2. histor. tit. 17. cap. 1. §. 6. Polydor. Virgil. lib. 16. histor. Anglic. Et ob similem causam anno 1510. è Marchia Brandenburgensi generali edicto sub pena capitis proscripti sunt; ac quadraginta ipso- rum exusti, ex eo quod unus ipsorum Sacratissimam Christi Hostiam quam pharisaica infidelitate coemerat, crebris pugionum ictibus confodere nixus erat, Hostia semper integra permanente, reliqui vero primos chris- tianorum Infantes ictibus, & punctionibus peremisse, fassi sunt; Surius de reb. in Orbe gestis sub anno 1510.*

32 Tertia, si seditiones excitent, aut aliter in nos de- regantur injuriosi, ut recte colligitur ex text. in leg. Christianis, Cod. de Pagan. Hac de causa imperante Pho- ca ejecit fuerunt Antiochia; ingentem enim christiano- rum multitudinem fore conciderat, vel igne excusce- rant, nec non à Anastasio ejusdem civitatis Antisti- tem fœda morte affecerat; *Nicephor. l. 18. cap. 44.*

33 Quarta, si in tam magnum numerum excreverint, ut inde timeri posset proditio, dist. leg. Christianis, ibi: Nihilque turbulentum temeribus. Quam ob causam abi- re coacti sunt è regnis Hispaniarum, ut patet ex Const. Granat. pag. 5. & 6. anno 1492. & ex Concilio Toletano cap. 8.

34 Quinta, si leges non servent, per textum in dist. leg. Christianis, ibi: Nihilque temeribus turbulentum; legitimasque contrarium. Quapropter ejecit fuerunt Parisi- bus anno 1180. per Philippum Francorum Regem; Nam contra ecclesiastica decreta in domibus suis servos chris- tianos, & ancillas habebant, eosque ex aliqua parte cogebant judæizare, ut testatur Naucleer. gener. 40.

35 Sexta, si ita divites evaserint, ut ex facultatum augmento aliquid inconveniens suspicari possit: In his enim casibus possunt, vel in facultatibus ex aliqua parte mulctari, vel in parte ejici, prout casus qualitas ex- quirit; Quia potest Princeps ex causa publicæ utilita- tis tollere dominium rerum à subditis; *leg. Si quis se- pulerum. ff. de Relig. & sumpt. fun. (Vid. lit. Epag. 153. n. 53. & pag. 335. col. 2. in princip. Roman. cons. 310. sub num. 12. Ang. cons. 139. num. 3. Fulgos. cons. 143. num. 32. Felin. in cap. 2. post princip. de constit. Decian. cons. 352. sub init. & in cap. Quæ in Ecclesiarum n. 17. de constit. Grammat. cons. 8. n. 8. in Circol. & cons. 190. num. 11. Tum etiam quia Judæi tolerantur ex commi- seratione, & ut ipsi tandem convertantur ad fidem, non tamen ut officere possint christianis; *Isern. in Const. Si quis impostero m. de Jud.**

36 Et generaliter quidem expulsionis exempla suppe- ditant superiorum temporum Annales. Nam sub Im- perio Caroli IV. anno 1348. Judæos, ex eo quod ex- fontibus per ipsos veneno infectis, pestis universalis orta diceretur per totam ferme Europam, flammis, aliisque supplicis assumptis ex Naucleo recenset Seb. Franc. Chron. Germ. fol. 198. & 199. & præcipue 207. Plura expulsionis Judæorum exempla ex historicis refert Mar- quard. de Susan. tract. de Jud. part. 1. cap. 7. n. 2.

37 Et de factio talibus, vel consimilibus justis causis intervenientibus jure merito expelluntur: eo vel maxi- me, quod Judæi censeantur personæ odiosæ, & infame; *cap. Cum sit de Jud. leg. final. Cod. de Judæis, Inimici Crucis Christi Redemptoris nostri, c. Licet uni- versis, extraneam, de rebus, & ejusdem nominis blasphemæ cap. 1. cap. Cum sit nimis, Extraneam, de Judæis, & ut constat ex eorum Thalmud, quod; ut observat Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. Sacr. est ingens, & vastum opus Judæicarum traditionum, in quo de- creta omnia Rabbiorum collecta sunt, Sammai, Hillel, Akiba, Joseph, una cum aliis innumeris aliorum Ma-*

gistrorum statutis, sententis, & tam divinarum, quam humanarum legum expositionibus, quibus nunc tota Judæorum natio regitur; ab aliis vero vocatur Josa Judaicum, tam civile, quam canonicum, doctrinale, etiam, ac Pandectæ, & digesta. Coepit est autem anno à Domino Jesu 100. ad finem ductus anno ejus- dem 400. Sed Ben Majemon in compendium relegit Thalmud, & scripsit anno 1150. & habetur secundo lo- co post Biblia, & magnæ est auctoritatis, licet Thalmud contineat innumeras ineptias, fabulas, impietates, con- tumelias, blasphemias, imprecationes, ualedictiones, hereses, & hujusmodi, quarum variæ hic ad literam subnectuntur, ut referuntur à Pignatello tom. 5. con- sul. 24. à num. 11.

Deus, ante mundi creationem, ne otio torpesceret, exercebat se in extruendis variis mundis, quos ubi considerat, paulo post destruebat, atque iterum restaurabat, quoad hunc, quem nunc habemus, Mun- dum facere didicisset. *Ordin. 1. tract. 4. dist. 5.*

Deus tres primas horas diei totas insumit in lec- tione legis Judaicæ. *Ordin. 2. tract. 1. dist. 14.*

Moyses cum aliquando ascendisset in caelum in- venit Deum scribentem Accentus in Scriptura Sancta. *Ordin. 5. tract. 6. dist. 5.*

Deus die prima novilunii mensis Septembris ju- dicat universum Orbem, reliquis deinde sequentibus decem ejusdem lunæ diebus applicat se ad scribendum justos in libro vitæ, malos vero in libro mortis. *Or- din. 2. tract. 8. dist. 5.*

Deus quotidie orationes, & preces animo de- voto peragit. *Ordin. 1. tract. 1. dist. 11.*

Deus habet locum quemdam separatam, in quo statutus temporibus multis cum lacrymis deflet, ac se ipsum affligit, quod Judæis iratus templum everterit Jerosolymitanum, & populum suum in captivitatem disperserit. *Ordin. 2. dist. 6. & Ordin. 1. dist. 7.*

Deus quotidie imponit sibi circa caput, & bra- chia vittas, sive corrigiolas quasdam coriaceas The- ophelin appellatas, induitque se tunica quadam lineæ, quæ Zaitib nuncupatur, eoque modo ornatus procum- bit in genua, & orat. *Ordin. 2. tract. 8. dist. 5.*

Deus præcipit populo Judæorum, ut singulo quo- que novilunio sacrificium expiationis peragant ad ex- piandum scelus perpetratum à Deo, quando lunæ, quod injuste Lunæ ademerat, Soli attribuit. *Ordin. 4. tract. 6. dist. 1.*

Deus quoties reminiscitur calamitates, quas Judæi à gentibus patiuntur, lacrymas duas effundit in Oce- anum & præ dolore pectus utraque parte contundit. *Ordin. 1. tract. 1. dist. 9.*

Deus quinta die creavit pisces duos magnitudinis pene interminatæ Leviathan appellatos, quorum cor- porum vastitatem, cum ipse secum animo perpende- ret, veritus ne omne piscium genus à tam magnis belluis deglutiretur, & ne ab ipsis mare universum navigiis inivum redderetur sicque humani generis com- mercia prorsus tollerentur, si ex iis proles propaga- retur, occidit femellam, & ex eis salitis carnisbus sal- samenta delicatissima paravit justis, & electis suis post hanc vitam comedenda, masculum vero sibi vivum reservavit, ut cum eo successivis diei horis quotidie lu- deret, juxta illam Pr. 103. sententiam: *Draco iste, quem formasti ad ludendum ei. Pro quo Hebræi legunt: Leviathan iste, quem creasti, ut cum eo luderet; Ord. 4. tract. 3. Itaque.*

Deus tribus postremis diei horis laxandi animi gra- tia ludebat olim cum pisce illo vastæ magnitudinis Le- viathan dicto; *Ordin. 2. tract. 1. dist. 14. & Ordin. 1. tract. 8.*

Deus ignota de causa indignatus pisci magno Le- viathan dicto, ipsum occidit, carnesque ejus sale con- didit, ut ex eis cibum ministraret animabus Sancto- rum in futuro seculo. *Ordin. 4. tract. 30. dist. 5.*

Paulo aliter de Thalmude refert Hieronymus de 50

88. Fide, ex Judæo Christianis, qui fuit Medicus Be- nedicti III. circa annum 1412. lib. 1. contra Judæos cap. 9. ubi sic scribit: *Dicitur in Thalmud, quod anti-*

»ma Behemoth est omnium animalium majus, & quod masculus, & femina fuerunt ab initio creati. Videns autem Deus, quod si filios genuissent præ illorum magnitudine, & multitudine totus mundus esset destructus, & castravit masculum, & refrigeravit feminam, quam custodit, ut det eam justis tempore Messie ad comedendum.

»Item piscium squamas non habentium accipiunt majorem, quem Leviathan appellant, & dicunt, quod Deus habet ipsum salsum, ut eum det justis ad comedendum in futurum in tantum, quod multi hodie reperuntur, qui partem suam hujus Leviathan, quam comedere sperant, multo auro, & argento minime commutent, & ad veritatem rationem habent. Ego namque Hieronymus de S. Fide hujus opusculi compilator, non dimitterem pro maxima pecunie quantitate partem meam congrui, aut lampredæ, quam postquam agnovi Messiam veracem, comedere consuevi.

»Proxima his est fabula aliorum hebræorum, qui aut ait Albertus apud Dionysium, asserunt, Leviathan esse serpentem, seu piscem, qui circulo sui corporis totam terram ambit globum, quique Solem, ac radios apprehendere nititur, & volare; Sicque Solem in circulo suo semper agit fugientem. Vastum animal, sed fabulosum, qualia multa fabularis Judæorum Theologia progenerat. En qualis bellua est Behemet.

»Ex Lyrano autem Judæi dicunt, quod in una die depascit herbas mille montium, & crastino renascitur herba in tanta magnitudine, sicut erat in precedenti die. Et ad hoc adducit Rabbi Sammon super istum locum auctoritatem Psalmi 49. in quo, uti habemus; »Jumenta in montibus, & boves, hebræi dicunt, Behemet in montibus mille. Translatio à Hieronymo sumpta immediate de hebræo habet: Pecudes in montibus millium.

»De hujus autem belluæ magnitudine hæc item leguntur ex hebræorum sententia apud Albertum, & Dionysium. Quod Behemet sit bos, cujus corpus septem millaria contineat, collum unum, & caput unum; sicque novem millaria in universum contineat, cujus cauda sit quasi sylvæ cedrina. Ingens procul dubio, & immane non tam animal, quam mendacium, inquit Joannes Pineda. Sed si non mentuntur, addit idem, ut somniant, procul dubio, homines veræ sapientie, veræque theologiæ expertes, quod viros mediocri sapientie pudet & seminare. Adjungunt Judæi, quod in resurrectione Deus sollicit illud animal, ut justis pareat convivium. Quam sollicita est de convivio alterius vite, salitisque carnibus Judæorum natio.

»Similis est fabula apud Eliam Thesbitem in Juchna, ubi sic habet. Invenitur in Agadab avem esse magnam, que vocatur Batiuchna, cujus ovum miræ magnitudinis esse dicunt Masrechet Becheroth. Etiam audivi, quod Deus tandem in futuro seculo, ex eo justis paraturus sit convivium una cum Leviathan, & Bove. Sed nondum fabularum Judaicarum est finis. Quæ sequuntur translata sunt ex Thalmude.

»Deus semel quotidie irascitur, & tunc crista gallorum gallinaceorum ruborem emittit, ipsique interim uno pede stant. Tunc si qui eodem momento alicui maledixerit, is statim concidet mortuus: Ordin. 1. tractat. 1.

»Cum olim Rabbinus quidam adversus Rabbi Eliezer disputationem inisset, Deus voce cœlitus demissa sententiam contra illos pro Rabbi Eliezer protulit; quamobrem indignati Rabbinus Deum anathematis poena damnarunt. Tunc Deus ipse subridens, Filii, inquit, mei me vicerunt; Ordin. 4. tract. 2. dist. 7.

»Cum Deus die quadam in cœli Curia disserteret de specie quadam lepræ, quam ipse mundam ajebat esse, ceteris dissentientibus Rabbinis, qui immundam esse affirmabant, illis tamen communi omnium assensu devoluta est ad sapientissimum quemdam Rabbinum, qui cum sententiam proferre pararet, statim ejus anima relicto corpore vociferari cepit, Mundam, mundam; Ordin. 4. tract. 2. dist. 7.

»Tanta fuit olim in Rabbinis quodam prudentia, ut

»diabolum simul, & Deum hoc astu eluserit. Cum Rabbinus in extremo vite articulo laboraret, diabolum precebus exorat, ut sese jam moribundum ad portas usque cœlesti regni deducat, inspecto inde loco divitiæ habitationis, lætus ex hac vita decedat. Hanc gratiam cum diabolus veteri amico præstitisset, & Rabbinus illico se intra cœlum conjiciens juravit per Deum viventem se nunquam inde recessurum. Qua de causa coactus est Deus hominem apud se retinere, ne illum perjurum faceret, sicque hac arte prudentissimus vir Deum, & diabolum simul fefellit.

»Cum Angelus Gabriel flagitium grave commisisset, Deus jussit cum igneo flagello flagellari; Ordin. 2. 1. 5. dist. 8.

»Animæ hominum migrant de corpore in corpus hæc lege, ut si anima in primo corpore peccet, mittatur in secundum, in quo si iterum peccet, mittatur in tertium corpus, in quo si peccare non desistat, denique in gehennam detrudatur; Ordin. 4. tract. 2.

»Anima Abelis migravit in Seth, anima Seth in Moysem; ibid.

»Animæ hominum indoctorum in resurrectione non recipient corpora sua; Ordin. 3. tract. 1. dist. 3.

»Rabbinus duo singula quaque hebdomada pridie Sabbati duos vitulos creabant, quos deinde totos comedebant. Ordin. 4. tract. 4. dist. 2.

»Quicumque ter in Sabbato comederit, vitam æternam consequetur in altero seculo; Ordin. 4. tract. 1. dist. 6.

»Nihil comedi debet numero pari, sed impari; hoc enim numero maxime delectatur Deus; Ordin. 4. tract. 2. dist. 7.

»Si quis oraverit faciem meridiem conversam, sapientiam consequetur; ad Septemtrionem vero divitias; Ordin. 4. tract. 3. dist. 2.

»Si quis sub ventre cameli, aut inter duos camelos, aut inter duas mulieres pertransierit, nihil unquam ex Thalmud poterit ediscere; Ordin. 4. tract. 10. dist. 2.

»Gemina superioribus fabula est, quod tempore Messie Judæa proferet Judæis panes coctos, & vestes nericas cujusque Judæi accommodatas.

»Quod Deus Adamo creaverit duas mulieres, ex quibus quatuor fabulatores generalitatis interminat, ut ex Augustino refert Beda in Epist. 1. ad Timoth.

»Quod Deus antequam legem suam daret Israelitis, eandem præsentavit Idumæis, & Ismaelitis, quorum illi habitauerunt in Seir, hi vero in deserto Pharan. Idumæos autem rejecisse legem, cum audivissent quantum præceptum. Non occidit; recordantur enim, quod patri eorum dictum esset: Vives in gladio. Ismaelites vero eandem rejecisse, cum audissent sextum præceptum, ut non machaberis. Ita fabulantur, dum exponunt, illa Deut. 33. 2. Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus nest nobis; apparuit de monte Pharan, & cum eo quinquaginta millia.

»Quæ postrema ut exponant, fingunt fuisse in datione legis in monte Sinai animas omnium Prophetarum, qui postea inter Judæos prophetaverunt, ac singulos eo tempore, & loco accepisse prophetias suas, quas ediderunt. Addunt etiam fuisse inibi omnes Rabbinos, & conditores Thalmudi.

»Hæc sufficerent ad exhibendam formam Theologiæ fabularis Judaicæ. Sexcenta alia enarrari potuissent, sed modus servandus fuit. Notum enim est, Judæorum Rabbinos post Christi Domini anastasin Sacram Scripturam fabulis à se confectis fæde contaminaisse. Quarum fabularum non paucæ sunt in libro dicto Thargum, qui Chaldaicam translationem continet.

»Adversus autem legem Moysis hæc habent; Quod illicitum sit cum propria uxore masculino concubitu uti. Quare cum duæ mulieres essent de hæc re apud synagogam conquestæ, responderunt Rabbinus, virum esse uxoris dominum, deinde posse eum uti corpore uxoris suæ, utcumque voluerit, non aliter quam ille, qui piscem emittit. Is enim tam anterioribus, quam posterioribus piscis ejus partibus ad arbitrium vesci potest; Ordin. 3. tract. 3. dist. 2.

»Si quis aut filiam suam, aut cororem suam sibi matrimonio junxerit, is rem Deo facit gravissimam; Ordin. 2. tract. 11.

»Rabbinum qui non oderit hostem suum usque ad mortem, & qui vindictam adversus eum non quaesierit, indignum esse nomine Rabbinus; Ordin. 5. tract. 1. dist. 2.

»Gravium peccentis esse eos, qui contradicunt verbis Scribarum, quam verbis Moaicæ legis, quibus qui contradixerit absolvi potest; qui vero verbis Rabbinorum contradixerit, morte moriatur; Ordin. 4. tract. 4. dist. 10.

»Si testes de falsitate convicti fuerint, puniri debent poena talionis. Quod si contigerit injuste accusatum fuisse damnatum, & ita poena affectum; tunc falsi testes absolvi debent, & nulla poena puniri; Ordin. 4. tract. 4.

»Si quem major pars Judicum ad mortem damnaverit, is mori debet; Si vero omnes, nullo excepto, in ejus damnationem consenserit, absolvatur; Ordin. 4. tract. 17.

»Si quis marsupium loco publico invenierit, sciverit, quæ ejus dominum jam de inventione marsupii desperasse, non tenetur ad restitutionem marsupii; Ordin. 4. tract. 2. dist. 5.

»Hæc autem adduxi, ut christianis persuadeatur, quid de perditis illius gentis dogmatibus sentire debeant, & patescat animus nefariorum hominum in religionem sacrosanctam. Hanc finem produciendi nonnulla ex Thalmude habebat Sixtus Senensis, qui ita mentem suam aperit; Decretorum profecto nullam talium librorum habere mentionem, & omnem doctrinam hujus memoriam, quantum fieri potuisset, silentio abolere; sed quoniam memoriam veterum temporum experientia docuit, hujusmodi volumina extinxit, iterum instar hydræ capita revolvit, & permittente ad Principum Christianorum avaritiam, qui quævis parvo pretio induci, facultatem instaurandi hos libros Judæis vendunt; ideo me operæ pretium facturum existimavi, si turpitudines, impietates, & blasphemias nonnullis Thalmudicis voluminibus comprehensas aliquæ ex parte manifestarem, annotatis nominatim libris, ubi hæc habentur, ut si quando hæc nefaria scripta, quibus adhuc abundat Asia, Africa, Græcia, & Germania, apud nos revoventur in lucem, habeant pietatis christianæ propagatores indicem, quo veluti manu ducantur ad invenientes, ac detegentes particulares hujus operis libros, in locis, in quibus prædictæ blasphemie scriptæ sunt, & his detectis, Christianis Principes iterum adversus renascentis hydræ colla inflamment.

»Subjungit deinde nonnulla, quibus capitale Judæorum odium in christianos innotescit; Quælia sunt.

»Statuimus, ut quilibet Judæus ter in die blasphemet omnem christianorum gentem, ac Deum precetur, ut confundat, exterminetque ipsam cum Regibus, ac Principibus suis; atque hoc maxime faciant Sacerdotes Judæorum in synagoga ter quotidie, orantes in odium Jesu Nazareni; in Thalmud. Ordin. 1. tract. 1. dist. 4.

»Deus præcipit Judæis, ut quovis modo, sive dolo, sive vi, sive usura, sive furto facultates christianorum sibi vindicent; ibid.

»Præcipitur omnibus Judæis, ut christianos omnes loco brutorum habeant, nec aliter eos tractent, quam bruti animalia; Ordin. 4. tract. 8.

»Judæus Gentilibus neque boni, neque mali quidquam faciat, christianum vero omni studio, ac industria conetur de vita tollere; Ordin. 4. tract. 8. dist. 2.

»Si quis Judæus christianum præcipit propinquum insperet, ipsum statim præcipitate teneat; Ordin. 4. tract. 8.

»Imperium christianorum execrabilius est Imperio ceterarum gentium, & levius peccatum est servire Principi gentili, quam christiano; Ordin. 2. tract. 1. dist. 5.

»Templa christianorum sunt domus perditionis, & loca idololatricæ, quæ Judæi tenentur destrueri; Ordin. 1. tract. 1. dist. 2.

»Evangelia christianorum, quæ inscribi debent Iniquitas revelata, & peccatum manifestum, à Judæis comburi debent, etiamsi in eis nomen Dei contineretur.

»Hic igitur Thalmud, sive Jerosolymitanus, sive Ferrar. Bibliotecæ. Tom. IV.

»Babylonicus, demptis etiam ineptis, figmentis, & blasphemis, scriptus est Judæorum pernicium odio in Christum, & christianos capitali flagrantium, ac plerumque in eo scripta tacite, & aperte christianæ fidei mysteria obscurant, vel evertere nituntur, & ad superstitionem ducere. Uterque sæpe ab Ecclesia Catholica justus est comburi, idque aliquoties justissime factum, quia plurimum, gravissimisque contra Christum Dominum, Divinamque Majestatem, & hujus administratos, & amicos, Angelos, & testamenti veteris Divos, Beatissimam Virginem Mariam, christianos omnes, immo & contra Moysen legem gentium, atque omnem naturæ legem, & rectam rationem erroribus, mendaciis, contumeliis, & blasphemis scatet.

»Quocirca Gregorius nonus omnia Thalmudica volumina flammis adjudicavit anno 1230. & pontificum decretum instauravit Innocentius IV. anno 1244. Clemens IV. Honorius IV. & Joannes XXII. Cum autem eadem volumina à Judæis pristino nitore restituta fuissent, & artis typographicæ præsidio in infinitum prope numerum propagata; Julius Papa III. novo edicto promulgato, inquiri jussit, & an. 1553. cum festa Tabernaculorum à Judæis Septembri mense celebrarentur, per omnes Italiae Urbes exuri jussit. Postea Paulus Papa IV. una cum Sacrosancto Inquisitionis Senatu anno 1559. id fieri imperavit, & Thalmudicos libros inter scripta ab Ecclesia Catholica damnata connumerari voluit. Extat etiam ea de re Pii V. decretum anni 1566.

»Gregorius XIII. quo statuitur, ut ab Inquisitoribus procedatur contra Judæos, hujusmodi volumina retinente; Et tandem Clementis VIII. contra impia scripta, ut loquitur constitutio anni 1593. & libros hebræorum Thalmudicos, Kabbalisticos alios, opera, tractatus, volumina, & scripta quæcumque tam lingua hebraica, quam quavis alia lingua conscripta, aut versa, edita, impressa, nec imposterum conscribenda, aut vertenda, edenda, vel imprimenda, continentia, seu continentes tacite, vel expresse hæreses, vel errores contra sacras veteris legis scripturas, nec non contumelias, impietates, blasphemias contra Deum, Sanctissimam Trinitatem, Salvatorem nostrum, Beatissimam Virginem, Beatos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, aliosque Sanctos Dei, Sanctissimam Crudem, Sacramenta novæ legis, sacras imagines, Sanctam Catholicam Ecclesiam, Sedem Apostolicam, ac contra Christi fideles, præsertim Episcopos, Sacerdotes, & alias ecclesiasticas personas, atque etiam contra neophytos, & alios contra catholicam religionem, vel in quibus impudice, & obscenè narrationes habentur; etiam sub prætextu, quod expurgatæ fuerint, vel donec expurgentur. Item impii Thalmudici, Kabbalistic, alique nefarii hebræorum libri omnino damnati, & prohibiti maneant, & censentur. Idem fecerunt Principes Seculares. In Galliis Sanctus Ludovicus Rex Francorum anno 1240. In Hispaniis Ferdinandus, & Isabella, & ante Livigius, ac deinde Carolus V. In dominio Veneto Benedictus Valerius, Marcus Centanus, & Franciscus Longus Senatores anno 1553. Immo constitutio Justiniani Imperatoris anno 1553. & eorum scripta, intelligitur de libris Thalmudicis adeo, ut omnino prohibiti sint, nec eorum correctio per Bullam Clementis VIII. admittatur. Haftenus Pignatelli. l. c.

»Ut quantum possumus Judæis corrumpendi christianorum mores, & eis bona per fraudem auferendi occasione adimamus, ipsosque ad viam salutis traducere studentes, ex sacrorum etiam Canonum decretis edicimus.

»Ut Judæis semper, & quocumque iter faciant, viri pileum, sive birem crocei coloris, mulieres impostum reliquo capitis integumentum pannum ejusdem coloris ferant.

- 96 »Ne christiani ad convivia, nuptias, vel dies festos, & synagogas Judæorum accedant, aut cum eis ludant, vel quod detestabilis est, choreas cum Judæis agant.
- 97 »Ne Judæi christiani in famulatu esse possint.
- 98 »Ne christiani, si in diem, vel horam Judæis operas suas locaverint, apud illos cibum capiant.
- 99 »Ne christiane mulieres Judæorum nutrices in eorum domibus esse ullo pacto possint. Neve extra eorum domos, nisi cum necessitas, Ordinario probanda, postularit.
- 100 »Ne christiani Judæos medendi causa ad se accersant.
- 101 »Ne in conjugendis inter se matrimoniis eorum opera utantur.
- 102 »Ne christiane mulieres Judæos fuci, pigmentorum, aut ornandi se causa adhibeant.
- 103 »Agros, prædia ecclesiastica Judæis locari, vestes, vasa, aliave sacra, vel ad usum ecclesie destinata, vendi aut pignori dari non liceat.
- 104 »Ne in ædibus, quæ in ecclesie vicinia sunt, Judæi habitent, & si quis in eis nunc habitat, intra certum tempus omnino cogatur emigrare.
- 104 »Ne christiani cum Judæis in diebus festis emptiois, venditionis, vel alio nomine contrahere audeant.
- 105 »Ne dignitatem, vel publicum officium, quod ad christianos pertinere aliquo modo possit, Judæi obtineant.
- 106 »Hæc & reliqua, quæ de christianorum cum Judæis consuetudine sacris canonibus constituuntur, curent Episcopi, & Principes, ac magistratus pro sua quisque auctoritatis munere, poenis contra christianos, & Judæos acrioribus constitutis, ut inviolate serventur.
- 107 »Vehementer etiam à Principibus petimus, ut in singulis civitatibus certum locum constituant, ubi Judæi separatim à christianis habituri conveniant. Et si quas proprias ædes Judæis incolitate habent, intra sex menses, eas vere, non autem simulato contractu christianis vendi jubeant.
- 108 »Illud præterea pro sua pietate Principes statuere debent, ut Judæi quibusvis contractibus, & negotiis, quæ cum christianis habuerint, in libris suis conscribendis, literis, & lingua vulgari nostra, non autem sermone, & characteribus hebræis utantur. Si secus fecerint, severe puniantur, nullumque inde jus esse possit agendi vel excipiendi.
- 109 »Omni denique diligentia illos in eo uti æquum erit, ut fraudulentam & insidiosam Judæorum cum christianis contrahendi rationem, & eorum facultatibus inhiantem avaritiam comprimant, & coerceant.
- 110 »Monemus vero Episcopos, ut hominibus piis, ac speritis lingue hebræicæ, & rituum Judæorum, vel si hujusmodi non reperiantur, ab aliis doctis ac bonis viris curent fidem, ac doctrinam christianam Judæis prædicandam.
- 111 »Ad eas conciones Judæi omnes jussi conveniant, sed pueri ac puellæ scorsim à parentibus, atque illis majoribus natu concionatorem audiant, qui ipsos familiariter instituat, & interrogantibus benigne satisfaciat.
- 112 »In quo signum aliquod conversionis cognitum fuit, nisi ab aliis separetur, & in domum aliquam catechumenorum ad id paratam deducatur, ubi diligentius omnia, quæ scire christianum oportet, doceantur.
- 113 »Catechumeni ne baptizentur, nisi prius diligenter instructi, & examinati fuerint, præsertim si grandiores sint.
- 114 »Baptizati curæ alicujus probi viri, saltem per annum committantur, qui vitam illorum iis rationibus regat, ac moderetur.
- 115 »Ut diebus festis missam, conciones, ac vespers adeant.
- 116 »Aliis diebus aliquo artificio, quo victum querere possint, utantur.
- 117 »Ne cum Judæis ullam omnino consuetudinem habeant.
- 118 »Neve cum christianis, quorum vita flagitiosa sit.
- 119 »Curet Episcopus, ut Judæus, qui ad fidem se con-

vertit, omnia bona sua habeat, ac si filius familias sit, legitima, & quæcumque alia bonorum pars ei jure debita à patre etiam vivente, detur. Vel si mulier fuerit, ei dos à marito restitatur, vel à patre constitutur, unde alii possint ex præscripto constitutionis Pauli III. Summi Pontificis, præsertim in iis, quæ illæ statuit de iis facultatibus, quæ ex usuris comparate sunt.

»Vide novissimam constitutionem Clementis XI. allatam supra num. 21.

»Placet etiam adducere quædam proloquia, sive decreta, quæ ex variis declarationibus, resolutionibus atque responsis S. Inquisitionis Romanæ congressi, quæque forsitan nusquam alibi reperiantur, suntque hujusmodi.

»Judæi tenentur ex se suos libros expurgare, aliis puniendi.

»Fere semper est ipsis deneganda licentia medendi christianis.

»Non debet eis permitti, ut à christianis accendantur ignis in suis domibus, præsertim die Sabbati, etiamsi offerrent elemosynam locis piis erogandam.

»Prohibentur cum christianis promiscue larvatos adire comedias tempore bacchanalium, ac simul tripudiare, & contra eos potest procedi per Inquisitores.

»Fingentes se christianos, & sumentes Eucharistiam, vel tradendi sunt Curie seculari, vel si recipiant sacramentum Baptismi, admittendi sunt ad penitentiam, vel videndum prius est, quo animo id fecerint.

»Retinentes pro suis servitiis puellas christianas, si quæ non accedunt ad missam, puniuntur in S. Officio ad quod hujusmodi causæ spectant, & non ad Judicem Seculare.

»Deferentes arma Algerium, vel ad alia loca infidelium sub pretextu illa deferendi ad aliquem locum catholicum, puniuntur in S. Officio.

»Amplectentibus fidem catholicam conceditur retentio suorum bonorum, dummodo constet, non fuisse fenore acquisita. Sancta tamen Congregatio de Propaganda Fide 15. Junii 1646. approbante Sanctissimo, non solum dixit observari posse Constit. 32. san. mem. Pauli III. quæ incipit: *Capientes Judæos*, quoad licite acquisita, vel illicite ab incertis, ipsis conversis tantquam pauperibus applicanda, sed etiam aliis fuisse factam gratiam illis hebræorum ad fidem christianam conversis, etiam de bonis illicite acquisitis à certis personis.

»Pauli V. constitutio confirmata fuit à Clemente XI. constit. incip. *Propaganda*; immo §. 17. ampliatur illa constitutio favore filiorum conversorum, tam hebræorum, quam infidelium, quoad legitimam, & subtractionem à patria potestate.

»Testes absque tortura, non faciunt fidem in causa contra christianos; ita ut possit procedi ad torturam contra reum.

»Retinentes libros prohibitos puniuntur ab Inquisitoribus ex constitutione Clementis VIII. etiam cum confiscatione. Unde Inquisitores si habent sufficientia indicia, quod hujusmodi libros retinent, & præcipue Thalmud, qui corrigi non potest, debent contra eos procedere. Nec iidem Inquisitores debent illorum correctionem acceptare, vel libros expurgatos subscribere.

»Transferentes cum pompa, & luminaribus Arcam nab unam in aliam domum puniuntur in Sancto Officio.

»Non possunt absque licentia Sedis Apostolicæ novas synagogas construere.

»Accedentes ad hospitia christianorum non puniuntur in Sancto Officio.

»Infantes, quos nutrices christiane baptizare faciunt, incisiis eorum parentibus, illis non restituntur, quia sunt vere baptizati, & eorum parentes tenentur præstandum alimentum.

»Ipsis conceditur per Breve expeditum die 2. Julii 1593. licentia accedendi ad quæcumque loca Status ecclesiastici occasione mercaturæ, dummodo in illis non contrahant domicilium, quod in nullis civitatibus, ac locis ditiosis ecclesiasticæ possunt habere, nisi Anconæ, Romæ, & Ferrariæ, & ex Brevi Urbani VIII. in Ducatu Urbini.

»Dan-

- 136 »Dantes christianis panes azymos, quos in paschate conficiunt, puniuntur extra Urbem in Sancto Officio, in Urbe per Em. Card. Vicarium.
- 137 »Persolvunt poenas, vel poenitentias sibi impositas, non quidem manendo præ foribus ecclesie, sed ante synagogam.
- 138 »Circumcidentes Infantem christianum severe puniuntur ab Inquisitoribus.
- 139 »Existentes in triribus, volentes amplecti fidem catholicam, instruuntur, & baptizantur, sed remanent in triribus.
- 140 »Habentes commercium carnale cum mulieribus christianis non puniuntur in Sancto Officio, sed ab Ordinariis. Aliquando tamen simul procedunt.
- 141 »Non possunt eorum synagogam, licet combustam, in alio loco edificare, sed debent illam in eodem loco reficere.
- 142 »Percutientes, vel corruptentes Imagines Sanctorum puniuntur in S. Officio, etiam private quoad Judices laicos, idque etiamsi præverint.
- 143 »Descendentes ex eorum progenie non admittuntur ad canonicatus, ad dignitates in Collegiis, ad beneficium curam animarum habentia, nec etiam ad munus Vicarii, & cure etiam amovibilis. Quod item servandum est à Regularibus in ecclesiis, in quibus habent curam animarum. Ad Ordines vero promovendi non sunt, nisi viri probate vitæ, & ii, quibus merita vite suffragantur.
- 144 »Divites coguntur ad subministrandum expensas victus suis filiis neophytis, ad fidem conversis.
- 145 »Non possunt uti nutritibus christianis, etiam extra Ghettum, nec de licentia Episcopi; in casibus tamen necessitatis, ita ut aliter eorum filii educari non possint, nisi à nutritibus christianis, potest Episcopus ex se id permittere, ita tamen, ut omnino prohibeat commercium cum ipsis Judæis, & omnino separate existant, & infantes in propriis domibus Nutrices retineant, prohibendo Judæis, ne ad illas accedant; Quo in casu Inquisitores se ingerere non debent.
- 146 »Pro exercendo favore debent petere licentiam à Summo Pontifice.
- 147 »Nequeunt occidere sua animalia in macellis christianorum cum suis superstitionis observationibus.
- 148 »Non possunt uti opera christianorum in lavandis pannis; verum ob penuriam aquæ potest ob bonum publicum permitti, ut ipsimet deferant pannos lavandos mulieribus christianis ad locum, in quo dealbantur, & lotos ad suas domos reportent; neque ipsis expresse permittitur, quod uti possint servitiis bajulorum in conducendis sibi lignis, frumento, & vino, sed totaliter per convenientiam.
- 149 »Procurantes liberationem Tarcarum à triribus, ut judaici, puniuntur in S. Officio.
- 150 »Non possunt uti opera christianorum in addiscendis literis latinis, vel scientiis, aut artibus. Quod si concedatur licentia, potest concedi, ut doceantur in aliqua domo privata extra Ghettum, in qua non interveniant pueri christiani, & exceptis diebus festis, atque habita prius diligenti informatione de sufficientia, & pietate præceptoris.
- 151 »Nequeunt docere christianos scientiam aliquam, vel artem.
- 152 »Prohibentur accedere ad cauponas christianorum cum meretricibus.
- 153 »Non possunt promoveri ad gradum aliquem doctoratus in Universitatibus Catholicis.
- 154 »Prohibentur apponere suas sepulchri epitaphia, & insculpere nomina, & cognomina, ac patriam defunctorum & apposita amoverunt.
- 155 »Permittitur ipsis uti opera Christianorum quoad frumentum, ligna, & vinum advehendum tantum, necera denegantur, & utentes aliis servitiis christianorum puniuntur in S. Officio, sicut & christiani illa exhibentes.
- 156 »Nequeunt vocari nominibus christianorum.
- 157 »In vendendis, ac emendis libris tenentur servare ordines bibliopoli christianis datos.

»Debent subscribere suum examen, licet examenentur die Sabbati.

»Cum Medicis, & Chirurgis ad eorum domos causa eos medendi accedentibus Episcopus convineat; annum tamen salarium iis prohibeat.

»Barbitores debent ab Episcopo prohiberi, ne accedant ad illorum domos pro illis tendendis.

»Cum puellis ultra secundum gradum dispensatur, ut ingredi possint religionem, & habitantur ad officia, & munera.

»Occasione pestis permittitur ipsis usus Medicorum Christianorum, si non habeant Medicos Judæos.

»Nullo modo est ipsis concedenda licentia conducendi prædia à christianis, & concessa revocanda.

»Eorum synagoge ecclæ absque licentia Sedis Apostolicæ supprimende, ac destruenda.

»Eorum filii infantes, baptizati in Lazareto, educandi apud christianos, & à suis parentibus, si possident bona, subministrantur alimenta, sin minus Episcopus suo vero zelo pastoralis illis provideat.

»Ad christianismum conversi post conversionem, & poenitentiam ab anterioribus, & pristinis delictis à Judæismo perpetratis, etiam in foro seculari quoad poenam corporalem impunitatem non consequuntur, idque etiamsi cum tota familia baptizentur.

»Prohibetur mercatura librorum ecclesiasticorum, & illos apud se retinere. Nec permittitur typographis idioma hebraici.

»Baptizati, & relapsi in Judæismum, non sunt iterum baptizandi, sed adjurare debent de formalibus.

»Non possunt deferre processionaliter per Ghettum bibliam.

»Eorum spontaneas comparitiones volentium suscipere Baptismum, debet Inquisitor remittere ad Ordinarios.

»Ipsorum filii minores septem annorum possunt baptizari ad instantiam patris, vel matris conversorum ad fidem catholicam: Sed ii, qui excedunt septem annos, suntque docti capaces, sunt relinquendi suæ voluntati.

»Filii eorum, quamvis non possint, invitati parentibus, baptizari, si tamen de facto baptizentur, valet Baptismus, & apud christianos alendi sunt; non licet tamen hujusmodi Baptismus conferre, eorum parentibus invitatis. Quia, tametsi finis sit bonus, media tamen sunt illicita; præsertim ex constit. Julii III. imponentis poenam mille ducatorum, & suspensionis baptizantibus filios Judæorum, invitati parentibus.

»Contra hortantes eorum filios neophytos ad redeundum ad Judæismum non devenitur ad confiscationem bonorum, sed ad multam pecuniariam.

»Amplectentes sectam Tarcarum, & inquisiti in S. Officio expediendi, ac si essent sponte comparentes cum abjuratone, vel retractatione erroris, in quem incidant juxta formam præscriptam à Pegna in Comment. q. *Direbortii*.

»Pronunciantes blasphemias hæreticæ puniuntur in S. Officio.

»Puellæ, quæ confugiendo ad christianos pluriesasserunt se velle fieri christianas, collocantur apud aliquam nobilem mulierem christianam, ipse, earumque parentes examinantur, & nolentes fidem amplecti restituntur suis parentibus.

»Non licet christianis pueros Judæos in articulo mortis constitutos baptizare, nisi ubi nulla spes adsit, quod hujusmodi pueri possint supervivere, nec adsit scandalum.

»Judæa, quæ ante Baptismum nupsit Judæo, restituenda est viro fidei, cui postea nupsit, non attento quod tunc constabat dictum Judæum suum primum virum obiisse. Faciendæ tamen sunt diligentia, non præfatus Judæus adhuc vivat, & monendus an ad catholicam fidem converti velit, vel saltem cum ipsa cohabitare sine injuria Salvatoris, & absque eo, quod traheret illam ad peccatum mortale. Quod si dictus Judæus moneri legitime non poterit, id sufficiens videtur pro causa dispensationis juxta Breve Gregorii XIII.

»in